

# PRÆFATIO.



R A V I T A T E atque malitia, simul semelque, vel una vice, infecta fuit universa humanæ naturæ massa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in tristi hoc mortalitatis statu, unquam expurgatur : Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerū, opera, à תֹב מְנָה gradatim sunt progressa. Nec aliter seculis hisce ultimis, Orientalis, b. e. optimæ Scientiæ indies increscens splendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Borealem hanc mundi partem illustrare cœpit, ( pro more Magni Luminaris in suo orbe cursus naturalis ) pariter Sol iste lucidissimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguae, ope laudatissimi *Capnionis*, ejusque sequacium, exiguuus emicuit radius ; nec non *Chaldaicæ*, paulo post, studiis indefessis doctissimi S. Munsteri. 2, Post Annū 1550. faustissimis D. Widmannstediī in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* eniuit exoptata cognitio : Sub idem tempus prodierunt *Biblia Complutensia*, & Regia in tribus istis Linguis. 3, Post annum 1600 literæ *Arabicæ*, studiis cum primis M. Bedwelli nostri, atque Cl. T. Erpenii late ac fœliciter nobis affulserunt. 4, Ab anno autem 1650. longe fulgentior exortus est asterismus Lingg. *Æthiopicæ*, *Persicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæ* que nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino-Turcica*, studio digniss. viri D. Seaman confecta est, & propediem excusura.

In septem primis linguis impressa sunt ante decennium *Biblia Polyglotta*. Labore autem nostro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato ( ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepisse, in illud ipsum opus non refundebam tantum omne, sed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis solicitando procurabam, partim ipse donabam ultro ) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impense vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantisque authoribus satis diligenter perlectis contextum est, omnibus ut clarius constet, nomina eorum hic in limine subtexam.

*Biblia nostra Polyglotta* sexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samariitanis*, collata.

*Pentateuchus Mauritanus Arabicæ*, & *N. Testamentum*, à Cl. Erpenio editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabicо-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Historicorum*, Jos. Jud. Sam. mihi à Doctiss. viro D. Bunclé benigne communicatum.

Paraphrastes *Chaldaeus* in lib. *Paraleipomenū*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigiensi* accurate descripsit, & Latinitate donavit D. Sa. Clericus amicus meus singularis, & in *Bibliis Polygl.* οὐνεγύος diligentissimus, Cuius etiam opera ac studiis laudarissimis in parato est apud *Cxonenses* septimum *Bibliorum Polyglottarum* Volumen.

Pentateuchus Mauritanus Arabice, & N. Testamentum, à Cl. Erpenio editum. Fragmentum Pentateuchi Arabico-Samaritani, &c Commentarii Arabici in eundem MSS.

MS. Arabicum librorum Historicorum, Jos. Jud. Sam. mihi à Dodis. viro D. Bunclé benigne communicatum. Paraphrastes Chaldaeus in lib. Paraleipomeno, quem ex autographo in Academia Cantabrigiensi accurate descripsit, & Latinitate donavit D. Sa. Clericus amicus meus singularis, & in Bibliis Polygl. οὐνεγύος diligentissimus, Cujus etiam opera ac studiis laudatissimis in parato est apud Cxonienses septimum Bibliorum Polyglottarum Volumen, cum Versionibus antiquissimis, nec adhuc unquam editis, non Chaldaica tantum hac, sed Syriacis insuper, Æthiopicis, Copticis, Arabicis, Persicis contextum. Psalteria quatuor Arabicā, Nebiense, Romanum, Impress. Gallicanum & Mauritanum MSS. Psalterium Æthiopicum MS D. Pocockii: Item Syriacum Nestoriense & Jacobiticum. Versio Arabicā Prophetarum MS. olim D. Seldeni, nunc in Bibliotheca Oxoniensi. Tres Liturgiæ Samaritanæ, & partim Arabico-Samaritanæ. Rituale Jacobiticum. Missale, atque Breviarium Syriacum. Officium Simplex Maronitarum, Syr. Missale Æthiopicum Romæ impressum.

Decem Liturgiæ Æthiopicæ MSS. sc. S. Johannis Evangelistæ; Nicenorum patrum. S. Epiphani. S. Jacobi. S. Chrysostomi. Anonymi. Sanctorum Apostolorum. S. Cyrilli. S. Gregorii. S. Dioscori, quod ultimum sub finem Lexici Æthiop. à Honorat. D. J. Ludolfo contexti una cum Grammatica Æthiop. & Confessione fidei Æth. a CLAUDIO Imperat. Æthiopicæ scripta, An. Dom. 1661. hic fuit Impressum. Encomium Æthiop. <sup>1</sup> B. V. Mariae. <sup>2</sup> Patriarcharum. <sup>3</sup> Cœlestium & Terrestrium, sive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. Æthiop. copiam mihi fecit Cl. D. D. Pocockius Lingg. Hebr. & Arab. in Academia Oxon. Professor Regius eminentissimus. In hoc ultimo, Menologio, sc. Æthiop. exactissime evolvendo, valde sedulam navarit operam Cl. vir D. Mich. Wansleben.

Liber magnus Homiliarum Æthiop. in folio. Liber precum Æthiop. Psalterium. Æthiopicum MS. quorum omnium usum benevole mihi concessit vir summæ ac reconditæ eruditionis D. Theodorus Petrus Danus. מחרזר Germanicus in folio, & Portugallensis 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex Gregorio Syro, Catena Patrum Syr. &c. mihi à Cl. Nobiliss. atq; omnigenæ secretioris literaturæ callentissimo D. D. Loftusio amice concessæ. Ut mittam quæ ex S. Ephrem, & aliis ipse collegi. Hebraeorum quorum sæpius occurunt nomina. Ra. Sa. Jarbi. Ab. Esra. D. Kimhi. Rabboth. Abravanel. מכלל ימי Menahem. Tanchuma. B. cai. M. Nachman. M. Alshic. Is. Abu-baf, &c. in Pentateuchum omnes, & in universum V. Testamentum quidam. Juda Leo in libros Historicos. Ob Sfurno. R. Simeon, aliis perperam R. Samuel in Job. Ob. Gaon in Psalmos. Mo. Elmosin. Jos. Taisac in Megillotb. Talmud Babylon. & Hierosolym. Mos. Majmon. לבודש רהכלת Aliique non pauci.

Evangelia Persica Cl. Abr. Wheloci, & Celeberr. D. D. Pierson opera edita. Traditus Persici D. Jo. Gravii. Rosarium Persicum. Historia Christi. & Petri Persice, Historia Judith, aliaque plura MSS. Persica. b Quan-